Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



64

magna qui potens ē. & sanctum nomen eius. & misericordia eius
in progenies & progenies timentibus eum. fecit potentiam in
brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit
potentes de sede & exaltauit humiles. Esurientes impleuit
bonis & diuites dimisit inanes. suscepit israel puerum suum me
moratus misericordiae suae. Sicut locutus ē. ad patres
nros abraham & semini eius in secula; Mansit autem
maria cum illa quasi mensis tribus & reuersa ē. in do
mum suam & inuenta ē. In utero habens de spū scō. Joseph
autem uir eius cum esset iustus & nolens eam traducere uoluit
occulte dimittere eam; haec autem eo cogitante: ecce
angelus dni in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid
noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim
in ea natum ē. de spū scō ē: pariet autem filium & uocabis
nomen eius ihm ipse enim saluum faciet populum suum
a peccatis eorum. hoc autem totum factum ē. ut ad
impleretur quod dictū ē. a dno p prophetam dicentem.
Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium & uocabunt
nomen eius emmanuhel quod est interpretatum
nobiscum deus. Exsurgens autem Ioseph a somno fecit sicut
praecepit ei angelus dni & accepit coniugem suam & non
cognoscebat eum. Et ipsa peperit filium & audierunt uicini &
cognati eius quia magnificauit dns misericordiam
suam cum illa & congratulabantur ei. & factum ē.
in die octauo uenerunt circumcidere puerum & uoca
bant eum nomine patris eius zachariam & respon
dens mater eius dixit nequaquam sed uocabitur iohan
nes. & dixerunt ad illam quia nemo ē. In cognatio
ne tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem
patri eius quem uellet uocari eū & postulans pugil
larem scribsit dicens iohannes ē. nomen eius.